HUGO RIPELIN DE ARGENTINA

Salzburg (?), 2. Hälfte 14. Jh. Seite 130r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8159
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

modo et veniale quo ad actum · sed non quo ad habitum
tal fuit caritas in beata virgine ante conceptionem christi.
¶ Quarto caritas tollit utrumque · utroque modo · sic
fuit in beata virgine in conceptione et post · tunc · n · fu
it in ipsa sublatus fomes peccandi totaliter. ¶ Quin
to tollit caritas utrumque utroque modo et insuper o
nem miseriam · sed hoc fiet in patria. ¶ Perfecta est cari
tas quando est habitu magna · motu interiori directa · ope
ratione exteriori sollicita · Radice stabilita · Fervore di
screta dulcedine consolatoria. ¶ Diligitur deus to
to corde · i · intellectu sine errore. ¶ Tota anima
· i · voluntate sine contrarietate. ¶ Tota mente sua
· i · memoria sine oblivione De ordine caritatis

Ordo caritatis secundum augustinum est dilige.
¶ primo quod super nos · i · deum · Deinde quod nos
sumus. ¶ post hoc quod iuxta nos est · i · proximum.
¶ Ultimo quod infra nos est · i · corpus proprium ¶ Anteponi
gradu continui debet corpus proximi quia utrumque te
net rationem inferioris boni respectu spiritus nostri · Secundum ambro
sium · diligendus est primo deus · secundo parentes · inde
filii · post domestici · ultimo inimici · Sed hoc de ex
hibitione quadam intelligitur. ¶ Aliquis diligitur magis
alio multipliciter. ¶ · i · Maiori affectu · sic super omnia di
ligendus est deus. Sed inter homines magis dilige
di sunt parentes quam filii · Deinde filii secundum gradus
cognationis. ¶ Maiori effectu sicut plus diligendi
sunt filii quam parentes · sed eque pertinentibus prius
est succurrendum magis indigenti. ¶ Ad maiorem
gratiam · sic magis sunt diligendi qui magis ad gratiam
se habilitant. ¶ Ad maiorem gloriam · sic diligendi sunt
secundum gradus participandi bonum gratie. ¶ Nota quod
idem est ordo dilectionis nature et gratie · sed excepto quod
homo quod homo dilectione naturali magis diligit se quam
deum. ¶ Sed econverso est de dilectione gratuita ¶ P